



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

Additio Stephani Baluzii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

## ADDITIO.

STEPHANI BALUZZI.

Cum in hoc capite illustrissimus Archiepiscopus adnotaverit Reges Francorum sic appenagia fratribus suis tradere solitos ut nunquam eis concederent Regalia episcopatum, quod probavit aliquot exemplis, visum est illud ipsum confirmare alio exemplo. Anno MCCCXI, Rex Philippus istius nominis quartus, cognomento Pulcer, Karolo fratti suo concessit custodiam Ecclesiarum, Capellatum, & monasteriorum in quibusdam comitatibus illi traditis in appenagium. Sed eodem tempore Rex ab ea concessione exceptit cathedrales Ecclesias Andegavensem & Cenomanensem ac præterea illas que ex speciali privilegio erant de speciali gardia Regis. Eisdem literis Karolum removit à Regalibus episcopatum, ne quid in duabus illis Ecclesiis à Karolo presumeretur sede vacante. Lubet autem literas ilias heic edere ex veteri codice manuscripto.

PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus universis tam presenibus quam futuris quod nos deliberamus carissimo ac dilecto & fidelis fratri nostro Karolo Valezie, Alenconij, Andegavia, & Cenomanie Comiti gardas omnium Ecclesiarum, Capellarum, & monasteriorum comitatuum Andegavia & Cenomanie, excepta garda Ecclesiarum cathedralium Andegavia & Cenomanie & earumque de garda nostra speciali existunt per privilegium speciale earumque quas gardare consuevamus à tanto tempore quod jus nobis acquisitionis existat gardandi easdem, exceptiisque regali nostro sprout sede vacante in Ecclesis cathedralibus antediluvii per nos aut predecessores nostros ab ea tempore quo comitatus Andegavensis & Cenomanensis ad bona memoria quondam Karolum Dei gratia Regem Sicilia & Comitem comitatuum predictorum devenerunt, gardari consuevit. Salvo tamen in aliis iure nostro & quolibet alieno. Quod si verum & stabile permaneat in futurum, presenibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Atcum apud Rochas in die Resurrectionis Domini anno ejusdem millesimo ducantesimo nonagesimo secundo, mense Aprili.

FINIS.



INDEX